Vergilius Maro, Publius; Servius [Comm.]; Donatus, Aelius [Comm.]; Landinus, Christophorus [Comm.]; Domitius <de Calderiis> [Comm.]: Opera: Bucolica et Georgica

Nürnberg: Anton Koberger, 1492 Seite 508



re soluere dicebant. Rpēdere est aliud p alio pēdere. Paruos. q suo labore aut īdustria sibi consulere per ætatē nequeāt: aut q paruuli magis sunt sub ptectiōe mīna q̄ pīna. Cyclppes. strabo ait cyclopas septē fuisse quos gasterochiras. i. vētrimāos dicit appellatos: qm̄ sua īdustria & artificio alebant: elyciaq̄ vocatos fuisse. Hesiodus tres fuisse scribit: Brontē: Steropē: & Harpem filios cœli & terræ dictos deniq̄ cyclopes. qa vnicū rotūdū in frōte habēt oculū. Alii dicūt Neptūni ex Amphitrite. Isti primo in creta ferrariam exercuerūt. Iam parte polita. ostēditur Vulcani studium perficiendorum armorum: qui opus incboatum relinqui iussit: & id opus qd̄ esset omnium maximū. & eius esset dei qui cæteris omnibus diis imperaret. Cyclopes

Addiderant rutuli tris ignis: & alitis austri
Fulgores nūc terificos: sonitumq̄ metumq̄
Miscebant operi flammisq̄ sequacibus iras:
Parte alia marti currumq̄ rotasq̄ volucres
Instabāt: qbus ille viros qbus excitat vrbes:
Aegidaq̄ horificam turbatę palladis arma.
Certatim squāmis serpentum auroq̄ polibāt
Cōnexosq̄ angues: ipsamq̄ in pectore diuæ
Gorgona: desecto vertentē lumina collo
Tollite cūcta īquit cœptosq̄ auferre labores
Aetnæi cyclopes: & huc aduertite mentem.
Arma acri facienda viro nūc viribus vsus:
Nunc manibus rapidis: oī nūc arte magistra
Præcipitate moras: nec plura effatus: at illi
Ocius incubuere omnes pariterq̄ laborem
Sortiti: fluit æs riuis: auriq̄ metallum.
Vulnificusq̄ calybs vasta fornace liquescit.
Ingentem clypeū informāt vnum: oīa contra
Tela latinorum: septenosq̄ orbibus orbes
Impediunt: alii ventosis follibus auras
Accipiunt: redduntq̄: alii stridentia tingunt
Aera lacu: gemit impositis īcudibus antrum.
Illi inter sese multa vi brachia tollunt
In numerum: versātq̄ tenaci forcipe massam.
Hæc pater æoliis properat dum lennius oris
Euandrum ex humili tecto lux suscitat alma:
Et matutini volucrum sub culmine cantus.
Consurgit senior: tunicaq̄ inducitur artus.

SER. Rutuli tris ignis. Hoc ē æstatis. Et altis austri. Hoc ē autūni: quo vētorum crebra sūt flamina: & prudenter his oibus naturā exprimit fulmīs: quod necesse est: vt per nubes & ventos nascat. Fulgores nunc terificos. quos fulgetras dicūt. Sonitūq̄ metūq̄. per sonitū tonitrua ostēdit: p metū fulgetras: & hunc ordinē sic posuit: vt hoibus videt: nā re vera prior collisio nubiū: vnde ignis emittit. Nos aūt ideo prius fulgetras videmus quā tonitrua audiamus: quia velocior oculorum q̄ auriū sensus est. Sequacibus. persecutricib⁹. Aegidaq̄ horriferā. aegis pprie ē munimentū pectoris æreum habēs in medio Gorgōis caput: qd̄ munimētū si i pectore numinis fuerit ægis vocat: si in pectore hoīs sicut in antiqs impatorum statuis videm⁹: lorica dicit. Turbatæ. p turbantis Nā timuit omœoteleutō: & fecit supinā significationē: Alii ad fabulā referūt: q dr̄ i bello arma perdidisse turbata. vt quasi ipsa nūc reparet: cuius dicti nullus auctor idoneus reperit. Squāmis serpētū auroq̄ p. ægida horriferā aureis squāmis serpētū certatim polibāt: Alii volūt re vera de corio serpentū dicere eā arma eē leuigata. Cōnexosq̄ an. gorgonis. s. capiti Desecto vertētem l. c. aut sua lumina circūferentē: & mortis īdignatiōe querentē quorum se interitu posset vesci: Aut certe intuentē lumia in saxa vertentē. Hoc aūt caput ideo Minerua fingit hr̄e i pectore q illic ē ois prudētia: quæ cōfundit alios & impitos ac saxeos cōprobat: Tollite cūcta inqt. Vile ē qd̄ pleriq̄ dicūt pp arma Martis iratū eē Vulcanū: p̄sertim cū & armēt Mineruā: & fabricēt fulmina cyclopes: & Vulcanus dixerit cōtra tollite. ergo tollite aut differte est: aut celerius termiate. Cœptos aufer. l. Quia dixerat His īformatū māib⁹ iā pte polita Fulmen. Aetnei cyclopes. Vt Aetneos fr̄es. Nūc virib⁹ vsus. Nūc est vestrarum viriū exercitū. i. tēpus exercēdæ virtutis circa arma viri fortis. Arte magistra. ambitiosius q̄ si magistri diceret rē psonæ in artē trāstulit: vt si dicas opus est pitia medicinæ: nō medici. Præcipitate moras. Præcipitanter. i. festināter abiicite. Nec plura effatus. Sicut festinantē decebat. Ocius incubuere. Quā ille præceperat. Pariter. pari modo. Sortiti. Diuiserūt iter se laboris officium: vt sortiti remos. Vulnificusq̄ calybs. Populū apud quē nascit p ferro posuit: & liquescit dixit pprie: Nā ferrum nō soluit: sed mollescit. Informāt. designāt. Ingentē aūt & magnitudine & soliditate: Nā & clypeum dixit: q magnitudie corpus furat: vn̄ & clypeus dictus est ἀπὸ τοῦ κλέπτειν: & dictur⁹ est septenosq̄ orbibus orbes. Impediūt. i. veluti septē scuta facta in vnitate cōnectūt. Accipiūt reddūtq̄. Iungēdū vno eodemq̄ tēpore partim reddunt: partim ventos accipiūt. Stridentia tingunt. Tingēdo stridere faciunt In numerum. in ordinē: vt Tū vero in numerū faunosq̄ ferasq̄ videre. Ludere. Forcipe. Forfices sūt quibus incidimus: Forcipes sunt quibus aliquid foruum tenemus: quasi foruicapes. Nam foruum est calidū: vn̄ & formosos dicimus: qbus calor sanguinis ruborē pulchritudinis creat. Hæc dū pperat. Properanter facit & est honesta locutio. Aeoli. Nā vt dixim⁹: vulcania vna ē de septē æoliis. Lennius. q in lennum insulam: vt diximus: cecidit a Iunone propter deformitatem deiectus: quam aerem constat esse:



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-85/0507
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG